

dam ad umbilicum sita, quæ intestini recti extremitatem probè æmulabatur.

Puer hic prima die per anum, intestinorum excrementa in utero collecta, secundo verò per umbilicum tantummodo reddidit. Fuerunt qui hunc minimè vitalem prædicerent: cum, quia rupta, lacerataq. ea in regione intestina existimarent: tum, quòd stylo ferreo podicis foramen tentatum, ultra trium digitorum transuerforum spatium, penetrationem non admitteret. *Calorus* tamen ad curam vocatus, diuersum sensit, sibi que videri dixit, Naturam hic luxuriasse, & aliud *intestinum rectum* ad umbilicum direxisse. Primò, quoniam ventris crepitus (sit venia verbis, & auribus honor) præter fæces, ex umbilico prodiret: deinde, quia puer nec doloris indicia vlla præberet, nec ventrem tumidum haberet, quæ in intestinorum laceratione adesse signa debebant: postremò, quia nec mater in partu quicquam præter solitum passa fuisset. Quare se iudicare, vbi excrementa illa paulisper consumeretur, ductum hunc profus obliteratum iri, & per locum à Natura retrimenti destinatum, eadem deiicienda fore. Voluit igitur, vt arcè fasciolâ sericâ, omnis illa umbilici prominentia stringeretur, & que ignito ferro inureretur, id quod felici cum successu peractum fuit. Post aliquot enim à natiuitate dies, puellus hic, absque eo, quòd intestini recti occlusio interior vllò instrumento chirurgico aperiretur, per idem, veluti naturæ consuetum locum, fæces deposuit, lac temperatè alacriter suxit, nutritus feliciter fuit, hodieque cum annum ferme post natalem suum diem compleuerit, viuat valetque, obliteratâ illâ omnino excrementa. Hæc ex *Calori* datis ad me literis excerpta, Medicorum filijs proponere libuit.

Mihi tamen magis persuadetur, virulentum illum vaporem, Apri carnem contaminantem ex vrinaculo potiùs exhalare. Cui enim vsui in omnibus profus *Apri* illis *Americanis*, intestini portiuncula ad umbilicum annexeretur, cum neque intra uterum alii excrementa (quòd tamen vesica præstat) neque extra eundem, per hunc meatum excernantur? Hoc autem vt credam, alijque persuadeam, mouent me, quæ apud *Ioannem Lerium* in Navigatione Brasiliensi lego cap. 9. vbi de fetido quodam animali *Sarigoy* appellato loquitur, quod ob fetorem, inquit, à *Barbaris* non comeditur. Nos autem hoc comedimus; extractis prius renibus, unde fetor ille manabat. Ecce vt renes per quos veluti vrina destillat, omnem similiter animalis huius carnem putore imbueri possint, quod & in nostro *Apro* contingere potest. Ceterum benignus lector non hoc solummodo miraculum Naturæ suspiciat, plura suo loco sequentur in alijs *America* animantibus, quæ in summum nos stuporem rapiunt. Notat enim idem *Lerius* eodem loco, nullas in quadrupedum genere animantes, figurâ nostratibus omnino similes in toto Brasiliensi orbe reperiri. Neque solere *Tonoupinambaultio*s ex istis aliquas, nisi perquam raro cicuratas domi educare. Atque de *Apro* Mexicano hæc satis.

Locus nunc exposceret, vt de nostri quoque orbis Apri, Siuibsq. miribus, aliquid produceremus. Verùm hæc abundantissimè *Aldrouandus* vel *Dempsterus* potius collegit, qui adiri potest. Non possum mihi tamen temperare, quin de *dentibus* saltem aliqua ex scriptoribus delibem, cum hos præsertim minaces & emi-

Historia huius profusus ac felix exitus.

Probabile esse factorem hunc umbilici ex vase vracho provenire.

Postremo loco de dentibus aliquid dicendum.

& eminentes in *Americano* hoc nostro abesse dixerimus, vt vtriusque animalis probè magis differentiæ pateat.

Et imprimis quidem ex *Arist.* Hist. anim. cap. 5. *Elephantes* habent dentes deorsum vergentes, qui prorsum deuant. His omnino contrario sunt situ positi Apri, cum hi exeri tam superioris quàm inferioris maxillæ, quatuor planè sursum vergant. Propter hos pugnacissimum dicitur animal, ac canibus maximè formidandum, quibus etiam ne lædantur, grauiusq. vulnerentur, lorica & Millum, à venatoribus indui, adaptariq. solent. *Aprum*, priusquam in aliquem innadat, dentes exacere ferunt. Cui rei testimonio est *Homerus* cum ait, *Album* acuens dentem. *Ælianus* lib. 5. cap. 10. Et *Cyllius* apud eundem ex *Oppiano* lib. 3. de venatione. Cum ad seram procumbit, ait, canibus & multis hastis debilitatus, dentem illum inflammato anhelitu tantopere igne ferere dicunt, vt si quis de ceruice seram detractam ad eiusdem etiam in spirantis dentem admouerit, candens in orbem contrahatur, & aduratur, ac si eo dense canes insectantes atigerit, statim ignita vestigia pelliculis ipsorum imprimantur. Atque hinc est, nisi fallor, quod antiquitus eodem modo locoq. fulmine afflatus, & Apri dente sauciatos haberent. Hinc *Venus* apud *Ouidium* 10. *Metamorphoseos*.

Fulmen habent acres in aduncis dentibus Apri, Inuisumque mihi genus est.

Nec sine ratione, si fabulis fides esset habenda: cum *Adonis* tantopere, ob præcellentem formositatem, à *Venero* adamatus Apri dente sub inguine percussus, interierit, qui in sui postmodum nominis florem commutatus, hodieque *Flos Adonidis*, herbula illa Chamæmelon facie æmulans flosculo suauerubente prædita, à Botanicis appellatur. Quapropter iure merito *Martialis* dixit.

Dente timetur Aper.

Atqui, vt cunq. canibus mortem minetur hæc bestia, quos lethaliter non raro ferit, hoc mihi tamen ab amicis venatoribus relatum memini: visam sibi aliquando siluestrem scropham, à pluribus canibus in ventre sauciatam, ex quo intestina longo tractu prolapsa in terram decidissent, quibus alius canis mordacem interim dentem intulisset, eorumque bonam portionem dum ipsa partim cum canibus luctaretur, partim cursu sibi consuleret, deuorasse. Est enim inter *Canes* & *Apras* irreconciliabile odium, quod neque in *Ceruos*, *Lupos*, *Vulpes*, aut alias feras illi tam infensè exercent.

Aristoteles citatò iam libro cap. 3. *Maribus* dentes, inquit, plures quam faminis, vt in genere ouium, suum, caprearum patet. Quæ suo à me loco perpenduntur. Hoc tamen rectè noui, multò in famellis Siuibus, quàm maribus minores dentes, illos præcipuè quatuor, qui foras exeruntur, reperiri. Ego inter *Scropha* mea *Scrophæ* agrestis caput probè perpolitum teneo, in quo præter dictos iam quatuor exertos, sursum vergentes, aduncos, atque intus haudquaquam solidos dentes, hos quoque numero. In maxilla inferiore incifores quatuor prælongi, & duo laterales dimidio breuiores, septemq. in vtrolibet latere molares prostant. In superiore verò, non nisi quatuor incifores, molares verò in vtroque latere octo, serrati omnes, & pectinatim inferioribus molaribus retpendentes, visuntur. Erunt igitur dentes omnes simul sumpti, quadraginta quatuor.

Elephantorū & Aprorum dentes contrarioprofus, sicut sunt positi.

Fulmine antiquitus Apri dentes dicebantur.

Canes & Aprorum summum est odium.

Minores sunt in famellis Siuibus, quàm maribus.


Quot dentes in Sue siluestri numerentur.

Animam
sui pro sale
datam ait
Cicero, &
Chrysippus
Galenus &
Pliniusque
alimēta &
medicamēta
ex porcis
petantur, descri-
bunt.

quatuor. His voracissimum hoc animal molae cinstar omnia alimenta atterit, vt pinguescat, & humano generi non prolificum modò, sed sterilitium maxi- me existit. Hinc dicit Gyllius apud Elianum: Sus, inquit Cicero, quid habet prae- ter seam, cui quidem ne putre sceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus: quae pecude, quod erat ad crescendum hominibus apta, nihil genuit natura facundius. Quam autem salubris sit porcina caro, Galenus, & quae inde medicamenta peti possunt, Plinius consilatur, ne pleraque transcribere videamur, & vt penso nostro, quod in pluribus adhuc Americanis nobis animalibus restat, satisfaciamus.

P. E. L. O. N. I. C. H. I. A. T. L. O. Q. V. I. T. L. I.

Ovis Peruanus.



IO. FABRI LYNCEI DESCRIPTIO



XPRESSA hæc ovis Peruanæ Icon, picturam satis bene imitatur, nisi quod collum hic paulo elongatius, & productius sculpi debuisset, ad Camelorum similitudinem. Caput equinum propemodum videtur. Aures erectas antrosum porrigit. Totius color corporis subflauus est, magis tamen in ventre albicat. A capite ad caudam per dorsi spinam linea nigra ducitur. Collum nigricantibus similiter maculis variat. Cauda brevis subfusca, & femora versus falcata, atque recurua est. Pili non crispi vt ouilli, vel lanæ similes, verum equini potius, & veluti ex pictura conijcere licet, molles ac delicati. Pedes bilu- cingula nigrescunt.

S. C. H. O. L. I. A. E. I. V. S. D. E. M.

Hunc priusquam Commentarium auspicer, visum fuit F. Gregorij de Bolivar, exactissimam animalis huius descriptionem & historiam, quam mihi ad Americanos denuo abituriens, reliquit, præponere: quæ ex Hispanico in sermonem latinum versa, ita habet.

Aries, siue Ovis Peruanus, animal est, quod maiore ex parte, in Regno Peru, veluti in propria, ac naturali sua terra, suo que magis temperamento conueniente, ac vera patria, nascitur. Conducuntur hæc oues ad alias quoque regiones, vt est Noua Hispania: sed curiositatis magis, quam gratiæ vtilitatis. Verum in Peruanano Regno omnibusq. eius prouincijs, quæ quatuor milliariorum millium includunt spatium, à Potosi ad Caracas vsque, numerus prorsus excedens, & infinita ferè eiusmodi animalium multitudo inuenitur, adeò vt 4000000. siue quatuor milliones, vt dicitur, singulis annis absumantur: & ita paulatim numerus vsque ad Ciuitatem Cusco in pluribus prouincijs, quæ includunt spatium quadrigentorum & quinquaginta milliariorum, gradatim decrescit vsque ad Caracas.

Animal hoc vtilissimum tam indigenis, quam aduenis existit. Incolæ enim omnes suas prope opes ex hoc solo lucrantur. Hispani verò breui temporis interuallo, adeò huius operâ discedunt, vt in Hispanias inde locupletissimi redeant. Quia præterquam quod esui sit valde commodum, omnis etiã generis mercès ex vno in alterum locum transportat. Imponitur autem ipsi communiter centum & quinquaginta librarum, quarum quælibet sedecim pendet vncias, onus: & quod robustius paulo est, ducentas ac quinquaginta ferè non recusat.

Singulis diebus decem milliariorum iter absoluunt, idque ad quinque dies hæc oues continuant, quarto enim vel quinto die plerunque quiescunt, & sic itinera etiã longiora ad quingenta milliaria perficere solent. Firmo ac securo admodum, passu incedunt, ita vt haud necesse sit, sarcinas diligentibus ipsis alligare, quando præsertim iam bene cicurata fuerunt. Occupantur maxime in trasportandis mineralibus, præcipue verò ex Monte Potosi Oppidi Imperialis, vbi continuè trecenta millia horum animalium vecturæ adhibentur, vt ex monte illo infectum argentum, siue venas metallicas argentiferas, ad illos artifices conueiant, qui argentum à petris ac facibus separant. Reuehunt postmodum ad eundem montem commearum, & alimenta, pro eorum qui fodinis præfunt, & operam suam ibi insumunt, sustentatione.

Hæc Oves post tertium ætatis annum portare valent, & ad duodecimum vsq. perseverant, quo exacto, iam senio confectæ moriuntur. Est hæc bestia valde pituitosa, cicur, domestica, & ad Indorum naturam seu consuetudinè maxime accommodata. Quando iter conficit, eique alicubi mora diutula stando transigenda est; tum cautissimè genua demittit, tenditurque corpore suo ad terram, deorsum directè secundum longitudinem, ne ipsi quod portat onus, de dorso decidat, non secus planè, atque Cameli facere consueverunt. Quod si sibilo

F. Greg. de Bolivar Auctori hanc Ovis huius descriptionem communicauit.

Locus maximus.

Vilitas huius.

Quantum oueris portet.

Quantum itinens conficiat.

Securè incedunt.

In mineris portandis valde occupantur.

Quanto tempore laborare possint.

Cicur est valde hæc bestia.

Camelum in decumbendo imitatur.

Noctu nūquam etiā in summa fame comedunt. Patientes sunt in laborando. Pertinacissimi sunt in latere succumbunt onerari.

Spuum in vicinis. Lanarum color.

Longitudo & alitudo ipsarum.

Collum.

Caput.

Dentes.

Aures.

Pedes.

Cauda.

Genitale.

Luxuriosum est animal sed difficiulter coit.

Species harum duæ. Debiles aliquæ.

Fortes alteræ.

à suo ductore moueatur, erigit se in pedes statim, suumque decenter iter per agit, nec in alterutrum magis latus declinat. Comedit autem modò hic, modò illic, vtrunquē & vbiunquē potest. Noctu verò nunquam comedit, maxima licet fame conficiatur, sed solum illud quod interdum dentibus ruiditer commolitur in gessit, nocte ruminat. Dormit directè, reflexis tamen pedibus. Plurimum hæc pecudes laborando sufferunt: si quando vltra modum fatigantur, oneri succumbunt, nec ratio vlla, quò resurgant, compellendit eas reperitur, etiam si percutiantur, vel ipsis testiculi, quod vltimum est remedium, comprimantur. Vt aliquando propter colli longitudinem, ex vtroque latere caput terræ illidant, nec cessent priùs, quam foras ipsis oculi, ac cerebrum erumpant; atque ita miserè moriantur. Non habent, quibus se defendant alia arma, quam sputum, quo sibi vicinos conspuunt, quod etiã *Camelus* facit, cui auribus & dorso exceptis, ouis hæc valde est similis, nisi quod lanam hæc habet & circa ventrem quidem longiorem, vnde aliquando ad dimidia vna longitudinem, ex vno atque altero latere dependet. Sunt hæc in colore similes nostratibus ouibus, albi, nigri, pardi, vel ex omnibus mixti, quæ vltimi coloris oues, vocantur ab incolis *Moromoro*. Longitudo ipsarum octo palmorum, siue spithamarum (quæ Romanis *Canna* est mensura) excedit, altitudo ad quinque vel sex palmos ascendit. Collum solum quinque in aliquibus est spithamarum. Caput habent bene figuratum, oculos magnos, os aliquantulum eminentes seu longum, labra crassa, inferius autem non nihil pendulum. Dentes solummodo in parte inferiore, anteriores nempe seu incisori ad sunt, quibus superior caret maxilla, in qua soli sunt molares, quibus & sui in inferiore respondent. In hac inferiore duo præterea, in vtroque latere singuli nimirum, acutiores & longiores. Aures medijs palmi longitudine rostrum versus porrectas gerunt, quas ad auditum facillimè mobiles habent. Pedes ad vacca pedum formam sunt. Cauda est longitudine vnus palmi erecta parumper, paucillum lanæ obtinens. Stercus, caprinum æmulatur. Genitale masculinum tenue est, & recuruum, posteriores pedes versus declinans, ita vt inter femora meiendo, eodem loco, quo fæces cadunt, vrinâ profundat. Est autem luxuriosum valde, & turpius in exercendo Venereo actu, quam vllum Mundi animal. Fæmina enim vuluam habet nimis paruam, quæ in terra iacens ita se componit, vt mas illi superuenire queat, qui tunc temporis genitus specie maximè vociferatur, nec aliud tunc quasi fit, quam quod vnus alterum conspuat, & non raro diem integrum consumant, antequam actum ipsum Venereum incipiant, & absoluant. Ita necesse sæpe est, vt pastor siue curator earum, ipsa ad inuicem accomodat, & adapret, si modo velit, vt pecudes se suæ multiplicent. Pariunt postea nostratiuim more. Sunt autem harum duæ species, & cuiuslibet speciei sua denuo differentia. Primum genus seu species illa est, de qua modò diximus, & in hac aliquæ collum habent ac pedes subtilia, & infirmarum virium, vt sic non nisi pro lanæ & victus quotidiani gratia educuntur. Aliæ sunt parvæ & pygmææ, & curtos quidem pedes obtinentes, sed fortes interim, vt quæ ad portanda omnia domui necessaria onera, prout est aqua, frumentum &c. adhibentur.

Sunt

Sunt hæc ita robusta, vt quilibet harum pondus ferre possit ducentarum & quinquaginta mercatoriarum librarum. Aliam speciem vocant incolæ *Pacos*, quæ non sunt ita corpulenta, vt iam dixi. Hæc minores omnes corporis partes, caput præsertim, ac aures, habent, & exigui ob id roboris: nunquam se onerari posse mittunt, nisi harum aliquæ iuxta onerarias educuntur, & paulatim ferre assuescunt, quæ cibum postmodum ac vestimenta *Indorum* portant, quando hi ad Campos proficiscuntur. Ita lanæ abundant, vt in solo collo, ac capite plus eius singula habeant, quam tota nostra Quis, & maximam eius proinde capiunt ex toto corpore *Indi* detondent. Sunt aliquæ ita nigra, vt ex solis lanâ, nullo adhibito alio artificiali colore, pannum conficiant, qui cum aierâ rino quouis serico comparari facile possit. Aliæ sunt alterius coloris, vt pardi albi, nigri diluti, subruffi & similibus colorum, vt apud nos quoque videtur licet: estque ipsarum lana ita mollis, subtilis, tenuis ac delicata, vt ex hac prætiosissimi parentur panni, ex quibus aulæ, siue peristromata, stragula, quibus lecti, mensæ & animalia inferuntur, ac vestimenta demum varia concinnantur, serico bombycino haudquidquam cedentia. Diuities quoque, quam vlla lanæ alia ac sericea supellex durat. Quin ex hac lana panni quoque texuntur, quæ Damascenos nostros & undulatos imitantur, & qui floridum suum colorem post dentese sumum etiam annum adhuc conseruant. Solent hæc *Indi* delicatiores, quam reliquæ, pro cibis estimari. Quamuis vtræque solitum & quotidianum ipsis alimentum præbeant. *Bezoardici* lapilli speciem in se præterant; verum parui admodum, & vilius vix efficacia, aut æstimationis. Plerumque vnum pro vice sortum edunt, raro gemellos. Proles vbi nata est, subito matrem sequitur. Vbera tantum duo habent, & perpusilla. Complexio nis sunt pituitosa, & propterea quò magis regiones ad frigidum celum tendunt, eò magis generatio earum multiplicatur; peius se habent in calidioribus provincijs, quia statim moriuntur ex pruriginosa, & combusti sanguinis quadam scabie. Quinimo in propria sua patria, infirmitate hac, scabie videlicet, per sepe vexantur, in qua curanda *Indi* maximam curam adhibent, ex sulphure & pinguedine mixto linimento, eas inungendo. Opportunè maximè hic accidit, vt post *Taurum* & *Suem* de *Oue* nunc quoque tractatio suscipiatur. Hæc tria enim animalia sunt, quæ celebratissima antiquis illa *Suauetaurilia*, siue *Solitaurilia* constituebant. Horum cum primis *Romane* conditor historix *Liuius* lib. 1. in gestis *Seruij*, meminit, qui Rex censum *Populi Rom.* tanto futuro Imperio, rem primus instituit saluberrimam. *Censu autem perfecto*, inquit ibidem *Liuius*, quem *maturo* fuerat metu legis de incensu lacte, cum vinculorum minus, mortisque edixit, vt omnes *Ciues Romani*, equites, peditesq. in suis quisq. centurijs in campo *Martio* prima luce adessent sibi instructum exercitum omnem, suos, oues, taurilibus lustrauit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Et cum hic census populi, quinto quoq. exacto anno fieret, ac lustrum, siue expiatio illa nouaretur: sic pro quinquennali tempore, quod erat *Græcis Olympias*, *Lustrum* dici *Latinis* cepit. Peracta autem fuit illa lustratio in *Campo Martio*, & forsitan hac ipsa, quæ ego nunc habito *VRBIS* regione, ad *Agrippæ Pantheon*. Erat enim, vt apud eundem discere *Liuium* licet lib. 2. *Ager Tarquiniarum*, qui inter

Alia species Pacos dicta.

Lana maxime abundans.

Veri panificia ex eiusmodi lana.

Bezoar est.

Complexio nis sunt pituitosa.

Scabie laborant.

Huicq. histona. Gregorij. Suuetaurilia dicitur ad Sue, oue & Tauri dicta.

Census Romani qua do institutus.

Lustrum cur significet quinquennium.

Vbi fuerit campus Martii... Marti tria dicitur... Verba Caronis de... Qui de... An hostis... Quid ouis... Vbi hostis... Improbatur... Nam ego...

VRBEM ac Tyberim suis consecratis Marti; Martius deinde Campus dicitur. Ex quo liquet, quicquid inter Capitolium & Tyberim interiacet; Campus fuisse Martium. Nam Vrbs prima ad Capitolium finiebatur. Ne quis forsitan existimet Campus Martium solummodo illum dixerit; qui summi violentior, hodieque quia si solus id nominis apud Romanos nostros adeptus est. Verum ista animalia im- molari; ex M. Calpurnio summo antiquo Romae Imperatore; Senatore & Oratore; de re rustica doceri possumus; cuius haec verba; quod praefati magis redolent la- tinitatem; eo delectant magis; quae Lectori etiam grata fore existimo; ideoque subiungo. *Agrum iustitiae sic oportet imperans Solitaurilia* (sive Suonetaurilia) *circumagi cum divi volentibus. Sic dicitur Marti dicitur haec animalia im- molentis propitius mihi, domo, familiaeque nostrae; quibus res ergo agrum, terram, fun- damque meam, solitaurilia circumagi iussit; ut in morbos visos, minusque eviduer- tatem, pestilentiisque calamitates, intemperiesque prohiberent; defendas; avert- ranceque occinerat, qui fruges, frumenta virgae, virgultaque grandire; beneque eue- nit. Simas pastores, pecuniam salvia servassit; dicitque bonam salutem, valetudi- nemque mihi; domusque familiaeque nostrae. Et paulo post, ubi porcum; inquit; im- molabis; agrum; virgultaque. Plura de Solitaurilibus; Sole & Solitaurilibus reperies apud Dionys. Halicarnas, Cornelium Tacitum; Quinilianum; Festum; Asconium Pedianum; Scilicet; qui etymiam rationem; quam hic lubens re- linquo; afferunt.*

An vero haec tria animalia Marti accepta; an inimica fuerint; quod de similibus hostijs dubitare licet; non est longioris indaginis hic locus. Supra certe ex Calpurnio mente apud Macrobius; Sus Terra videbatur ideo oblata; quia segetem; quam Ceres mortalibus tribuit; porca depasta esset; ideoque in- uisa potius Deae; quam grata fuisse; afferebatur. Quare in Metamorphosi Ovidio prima puatur. *Hostia Sus meruisse mori; quia semina pando* Eruerit rostro; spemque interceperit anni. At Gropius meus lib. 5. Gallicorum; *Egregium verò; ait; epulum Ceres apponunt qui inimicum animal apponunt. Adem faciunt videlicet; si iudeo ad conuiuium vocato; solam suillam denti comedendam. Ne verò & peccatissimae Ovis deesset; quam culpam affingerent; ut ad sacrificium raperetur Ovidio r. Pastor. Verbenas carpsisse dicitur. *Pauit ouis pratum; verbenasque improba carpsit. Quas pia Djs ruris ferre solebat anus.* Ast mihi hostiae grata semper; pura; sincera & immaculata esse debere vi- sa fuerunt. Et propterea à M. Varro de Re rust. cap. 1. i. porculi non nisi de- cimo iam die mundiores facti; sacrificio adhibebantur; & ob id Puri; sinceri & Sacres appellabantur. Qui etiam loci Plautini in Menechmo meminit; cuius face- tissimi Poetae haec verba sunt.*

Adolescens quibus hic presijs porci venient
Sacres, sinceri? nummos eos à me accipe.
Ube te piari de mea pecunia;
Nam ego quidam insanum esse te credo scio.

Qui mihi molestus homini ignoto, sic oves in sacrificijs lecta vocabantur, vt Virgilius *Mactam lectas de more bidentes.* Porci etiam eximij epitheton merebantur, quod praestantiores ex armentis eximerentur; & Boves egregij, quod è grege seligerentur. Et quis nescit hostias acceptas; & minime iniuas esse debere; & cum ijs, quibus offeruntur, similitu- dinem aliquam & congruentiam habere? Hoc apud Aldrouandum Dempsterus quoque obseruauit, cum caederentur Boves forde, idest, praegnantes in Curijs 17. Cal. Maias, Telluri, ipsa similitudine placitura; vt annus proueniret fecundior: Terra enim hoc tempore grauida quoque conspicitur. Fordicalia; & Fordicalia vocabantur istiusmodi sacrificia: & Hordicalia, quia Vacca praegrans Varroni Horda dicebatur. Ouid. 4. Fast. haec habet.

Nunc grauidum pecus est, grauida quoque semina terra,
Telluri plena victima plena datur.

Et veris principio, propter pabuli praestantiam, pinguissimi quoque agni im- molabantur, vt videre est 1. Georg. Tibullus eò alludit 3. Eleg. 1.

Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet Io messes, & bona vina date.

Vtque acceptiores victimae essent, non claudae solummodo; morboae atque vitioae excluderantur, sed floribus insuper coronabantur; & cornua auro in- ducebantur. Sic DEVS Opt. Max. apud Hebraeos offerri sibi iussit meliora; pulchriora; & robustiora holocausta: *Et odoratus est odorem suauitatis.* E diuer- so Gentiles etiam Plutoni suo nigram pecudem dedicabant; vt Tibullus habet;

Interea nigras pecudes promittite Diis.

Ita Terra etiam aliquando ceu nigra; nigram; & Soli albam pecudem offerebant; & Neptuno Arietem ad collaudandam maris placiditatem. Quae causa fuerit, credo; vt apud Aristophanem Paci victima Ovis fieret. Hanc quoniam Pacem tam ob- nixis nunc precibus Orbis Christianus vniuersus exoptat; & profusus à DEO la- chrimis implorat; concedat illam nobis Ovis illa purissima; & immaculata Ho- stia DEO Patri in Cruce pro peccatis olim nostris oblata; de qua D. Ioannes Ba- ptista; *Eccae agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi.* Ad hoc sacrificium quacumque priscorum oblationes non referebantur; eae vanae; mendaces; idolomania ple- nae; ad mortem; & non ad vitam comparatae erant.

Ouium esus; & vltus tam antiquus est; vt Varro de re rust. putauerit has ex fe- ris primas fuisse; ab hominibus comprehensas ac mansuefactas. Hic enim lib. 2. cap. 1. inquit; *summum gradum fuisse naturalem; cum viuerent homines ex ijs rebus; quae inuolata viro ferret terra; ex hac vita in secundam descendisse pastoriam; e feris atque agreiibus; vt ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem; arbutum; mora; pomaeque colligerent ad usum; sic ex animalibus; cum propter eandem utilitatem; qua possent siluestria deprehenderent; & concluderent ac mansuescerent. In quibus primum non sine causa putant oues assumptas; & propter utilitatem & propter placiditatem: maximè enim haec natura quiesca; & aptissima ad vitam hominum. Ad cibum enim lac & casum adhibentur: ad corpus vestitum; & pelles attulerunt. Tertio denique gradu; à vita pastorali ad agriculturam descenderunt.*

Hostis no debent esse iniuae.

Quae in ho- stijs grata requirere- tur.

Ovis olim paci offe- rebatur.

Hic nobis desideratissimam immaculatam Agnus Christus le- sus largia- tur.

Pastorij studium ab ouibus cap- tum esse.

Muis cau-
fa & ani-
malis pla-
ciditas &
vilitas
fuit.

Et quid ni hoc factum existimemus? cum Oves ferarum omnium (feras autem has quoque existisse gravissimi scriptis prodiderunt auctores) placidissimæ sint, ac quietissimæ, & facillimæ curâ manufescant. *Alianus* profectò libro 6. cap. 3. 5. *Omnium maximè animalium oves ad parendum satiles sunt*, inquit, *Etemini ad verba pastoribus obediunt, & canibus obtemperant, & Capras sequuntur, simul & inter se amant. Luporum insidijs minus idcirco patent, quòd non ita separatim à reliquis errant, quemadmodum singule Capra à gregibus suis segregantur.* Vilitatem autem pastoribus suis maximam viuentes, dum lanam præbent, & varia lactis opera ministrant, & plurimam in cibis quoque occisæ afferunt. Non ignoro tamen nonneminem vix agnina[m] carnem commendare, ex hoc Horatij loco lib. epist. 1. cepist. 1. 5.

An caro agnina olim fuerit in pretio.

Patinas canabat omasi.

Uilis & agnini.

Fuisse tamen *Agninum caput* inter gulæ cupidias, ab *Artheneo* olim repositum, & à *Plauto* extra *agnina*, veteribus in delictijs habita esse observatum, *Aldrouandus* refert, *Plautinis* his in *Pseudolo* verbis.

Pseudole arcesse hostias;

Victimias, lanias, ut ego huic sacrificium summo Ioui;

Nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter, Iquana Iuppiter.

C. Propera, quid stas? accersit agnos, audit, quid ait Iuppiter.

Care veru-
tucina lau-
datur.

Et nos certè hic *Roma* tam agrotantium nonnullis, conualescentiumq; pleriq; quam sanorum oppium mensis, *Uernecinas* siue castratorum arietum carnes tam assas quam elixas non sine palati delectatione apponimus. Qui in *Hispanijs* egerunt, non satis superque mihi hanc carnem, per *Antoniniam Hispanijs Carnero* dictam, ob saporis excellentiam, nutriendi præstantiam, & copiam animalium horum abundantiam, laudare & deprædicare potuerunt. Vescuntur enim ibi *Thymo*, *Serpillo*, *Satureia*, *Libanotide* coronaria, quam *Rosmarinum* vocant, *Cyriso*, *Lotoq*, & alijs aromata propè olentibus herbis, & fructibus, aere quoque gaudent liberiore, quibus omnibus, & cæni nimia admittitur humiditas, & odor acquiritur gravissimus, compactior, dentque substantia ad alendum commodissima roboratur. Tradit autem *Damianus Goes* Eques *Lusitanus*, hac etiam tempestate in *Hispania* regulos mulcos, quos pastores, inquit, *Hispani* vocant, tricena & quadragena millia ouium possidere. Proximam ab his reor, dignitatem merere nostra hic veruëcunã caro, qui in *Assiersi* agro, eique finitimo *Portuensi*, consimilibus ferè pascuis saginantur. Inueni enim ad maris illa littora, decimo ab vrbe lapide, ad quæ non semel ante plures annos, vt *Horum* Pontificum nostrum *Vaticanum*, maritimis inde petitis plantis ornarem, plurimam *Rosmarini* illius copiam spontè nascentem, in siluulis illis, & dumetis campestribus. *Bernardinus Gomesius* quidem lib. 1. *De sale*, vix in vllò alio locorum se suauiores, teneriores, ac pinguiores veruëcunã carnes, quam has Romanas seu *Ostiensis* gustasse affirmauit, quas dotes eisdem præter dictas herbas, ipsi præcipuè salis tribuit. Circumfusi enim sunt hi agri multis paludibus atque Salinis. Salem autem pecori maximè

Posseda Ro-
mana

maximè prodesse *Plutarchus* & quarit, & prægnantes quæfuit huius rationes deducit.

Non improbabilis igitur coniectura duci quis cum *Varrone* possit, si asserat pastorium studium, quod apud Veteres adeo viguit, vt non Reges id modò exercuerint, sed etiam Deos tuos immortales *Homerus*, *Apollinem* feliciter, *Arcurium*, *Mineruam* pastores fecerit. Et apud *Apollinium* *Orpheus* Nymphas hoc est, vt scholiastes interpretatur, ouium curam gerentes, appellauit. Non errabit igitur, si quis inquam, dicat, primos omnium pastores ouium facile parabilem pecudum greges sociare & curare cepisse, ad maiora postmodum amentia transiisse.

Verùm ad nostras nunc oves *Peruanas* redeamus. De quibus quid alij etiam Scriptores memoriæ prodiderint, volupe est hic memorare, vt nostra magis historia vel dilucidetur, vel si aliqua se ingerit varietas, dextrè eadem explicetur. Et quoniam non omnes mihi nunc ad manus libri sunt, ex *Aldrouando*, quæ ne, quod sit catida, oves ad assessorum magnitudinem crescere asserit *Cardanus* in opere de *Rerum Varietate*, longis cruribus, crasso corpore, capite longo, collo & effigie quasi *Camelis*, carne optima, agnorum maximè, castratos ararum ducere, & dorso ferre lignas, & alia, non clamare nec molestos esse, colore esse albo, nigro & cinereo. Ex *Leuino Apollonio Gandeburgensi*, in opere de *Peruaniæ* regionis inuentione & rebus in ea gestis, de hisce oibus diligenter in hæc verba scribit. Equorum gentium quamquam imparibus, & inopis ad bellum cruribus, cuius copia superat, quæ equis magnitudine pares, & cetera forma præter corpore postoris strumam *Camelis* permissiles, quinquaginta oneris pondò sustinent, & cruribus in terga sublatum ad aliquod passuum milia vehunt. Nescit tamen si creuantur, sedentes ore conuersos, rursus gentes sado odore conspiciant. Si ovis sit, tum humi se apollinans, nec inde tullâ verberum vehementia ipsis asinis uentri maiores, nisi penitus elidellis exonerentur, spoli possunt. Utile profectò animalium genus, non ad supplementum modò absentium equorum in sarcinis, virisq; vehendis commoditatem, sed ad alimoniam etiam, & rapitum lueri sum. Lana enim tenuitate, longitudineq; & copia facile nostras superant, & ipsius carnis suauitate veruëcunã atque iuuenorum nostratium, delectabilem saporis adæquante. Erumento vescuntur, sed paucissimi cibi sunt, & siquæ adeo rorè exigui potant, vt illo triduo, quatuoriduo abstineant. Hæc ex *Aldrouando* leu *Dempstero*. Hic *Cardanus* cum *F. Gregorio* nostro minimè congruit. Existimauit enim is *Peruanas* oves magnitudinè asinis æquales, quod in calidiorè eleganti regione: tum hic contra refert, perire has oves; si ad calidâ deducantur loca, & vice versa in frigidioribus non melius modò habere, sed minè etiam proficere. Et nostras similiter oves ait *Arist. 9. Hist. animal.* frigoris patientiores esse, quam sunt capræ.

Quod autem *Leuino Apollonio* scribit, asinis illas esse contumaciores, & quandam ita fatuitatem ipsis attribuit, non aberrat. Nam & *Aristoteles* iam dicto loco nostratibus oibus amentiam assignat, & mores stultissimos. Ouide enim genus quadrupedum omnium ineptissimum, dicit, cum suspensæ oves nec abire uolunt, nisi mare a pastore ducantur, ita enim reliquis grex consequitur. *Miratus* ego meherclè,

zab O
ollu
Reges &
Dij
lum pallo
res olim
habiti
sup nos
amabun
ruba

estimo
an hiqui
De Oebus
Peruanis
aliorum au
chorum lo-
ca laudant
tunc sup
a oibus
in illi
Cardanus.

Leuino A-
pollonio.

ortus sili
aliorum
est illi
amano
nois

Cardanus
examina-
tione
amano
nois

Idem fit de
de Leuino
Apollonio.

ab huius
al rone
arrogia

Oves Canem pelle arietina vestiti sequuntur.

Sapientius quam iur non quae eundem efficit.

Homines stupidi cur pecudes vocentur.

Sopitur aliquid qua contra dictio Aelianus.

Aronius stultitia.

Alia auctoritas pro nostra historia confirmatione.

Oves Peruanae duorum generum.

Pacos primas dicunt obstinatissimas & lanigeras.

Secundae minus lanigeras.

mehercle, non semel harum ruditatem cum risu sui, dum laniones, ut quod vela lent perducere oves, possent; si arietem, quem illae sequuntur praeventem, forsitan ad manus non haberent; si arietem, quem illae sequuntur praeventem, forsitan eundem, tintinnabulo simul e collo suspeso, praemitterent, quem stultus grex reliquus non aliter atque ductorem solitum arietem, sequebatur. Atque utinam nos quoque Naturalium nostros duces ac magistros scientiarum, non sapientia le pecudum more, ut alias monui non quae eundem esset, sed qua iur, improvidae sequeremur. Haec pecudum stupiditas etiam in proverbium cessit, dum

Veruenum in patria, crassoq. sub aere natos,

Dicimus, quibus ingenium non ita perspicax est, sed subtiliore spiritu animalit minus irradiatum, quos itidem minime emunctae naris homines appellamus, quod ouibus nares semper mucos quodam diffuant. *Ovis & asinus*, inquit, *Aelianus* lib. 5. cap. 20. *inepissimis sunt moribus & degeneribus animis.* Non sibi tamen ideo contradicte, cum de Ouibus loquens (ut paulo supra meminimus) ad parendum eas faciles dixit. Ferocitatem enim tantum, atrocitatem & vasritiem careris ferme communem feris, ab illis remouere, & placidam quandam porius simplicitatem, aut stupiditatem inesse, innuere voluit: quae in comparatione veritatis & fraudis Vulpium & Luporum manifesta sit, quam imbecillam rationem vocat *Gryllus* apud *Plutarchum*, *Vlyssi* de ingenio bestiarum respondens, & inesse ouibus voluit, si cum Vulpe conferantur. Reliqua quae *Leuius* habet, non attingo: cum quilibet facile perspiciat historicam *F. Gregorij* relationem multo ampliorem esse, & quae ouium harum naturam magis ac intimius rimetur, & ob oculos ponat.

Non desunt tamen alia authorum testimonia, quae conclusionis loco hic breuiter interferenda existimo, si quid praesertim habeant, quod nostrae defectum narrationis supplere queat. *Iosephus a Costa* imprimis lib. 4. cap. 41. ait, **DEVM** pauperula huic genti, de iumentis simul seu onerarijs bestiis, & cibis atque amictu, in hoc vnico animali prospicere voluisse. Hoc enim *Indi* absque vlla ferme cura, sine victus certe delectu, cum obuio vbique gramine velatur, nec soleis ferreis calcetur, nec frenis aut ephippijs cingatur, maxima cum vilitate vti possunt. Recenset autem duas species seu genera, laniferum vnum, & alterum quodammodo lanis carens, oneribus aptius, ex quo nisi falor, nostrum in Icone propositum est animal: lana enim ut apparet, exigua ipsi appingitur.

Prioris generis Oves vocat *Pacos*, quae obstinatissimae sunt, vt inde proverbio pertinacissimum & durae ceruicis hominem *impacatum* dicant. Haec vbi in terram semel ira percita prouoluta, iacent, remedijs vix vllis inde dimoueri & erigi possunt. Aliquando tamen placantur, vbi Barbarorum quispiam illorum, trium vel plurium horarum spatio eis assideat, blandiatur, & suauibus ipsarum iram verbis delinuat. Ex lana huius, duplicis differentiae, pannos texunt incolae: vilioiorem *Hauasca* vocant, deliciaiorem *Cumbi*: & quod mirum est, ex vtraque panni parte, ita lana prominet, vt nulla filorum vestigia emineant. Tinguntur colore ex herbis expresso.

Secundi generis, quae breuioris nempe lanae sunt, hoc habeant, quo riuum mouent,

gent, cum aliquando de caeteris capitibus diuissimae actores suos aspiciant, quasi admirabunda, imperterrito quodam, & nec metus nec gaudij participante animo, elata. Nonnunquam tamen porterris fugam aspicientes in scopulos, cum onere recipiunt, vnde vt dimoueamur, atque nulla effugere potest, nisi scopulis interfecta decidant, vt argenteum, quod plerumque gestant, recuperent. Addit *Tosaphus* insuper non semel se miratum, cum videret ex Monte *Pocosi* vsq. ad *Arriam*, septuaginta spatio leucarum, aliquando 2000. *Barras*, siue argenteas quadras, quae ad minimum 300000. ducentis conferri possint, ab his ouibus gestatas fuisse, nullo comitatu aut latellio stipatis. Nam praeter paucos *Indos*, qui viam praerent, & onera moderarentur, vix vnus atque alter *Hispianus* congregiebatur. Tantam esse aut viarum in *Peru* securitatem. Ita vt etiam sub die dormiant, vbi actores tentoria erigebant, & successis signis potu epulis viarum ta die medebantur. Si iter longum conficere coguntur, quatuor singulis diebus leucas absoluunt: sin vnus solus iter diei aggrediantur, octo vel decem etiam leucas emittuntur. Quae sequente capite de *Bezouardich* lapidibus, quorum ex his ouibus, *Pacos* nempe, aliqui extrahuntur, sed, vt supra quoque dictum, minima efficacia, ea ad alium a nobis locum referantur, vbi data opera forsitan de *Bezouard* fuerit disputandum.

Ioannes Baptista Cortesius Medicus Messanensis in suo laborioso, ingenioso tamen Miscellaneorum medicorum opere, Decade 8. *Bezouard* lapidis historiam de *Glamiam* ait esse maiorem *Paco*; & vbi cum onere ceciderit illa, & forsitan irriter, tanta nonnunquam bile commoueri, vt mordeat, & simul quicquid comederit ac biberit, ad os reuocet, & huius partem violenter in hominum faciem inspuat. De *Paco* nihil aliud addit, quam obstinationem ipsi summam, quae vocabulo *Pacos Indis* designatur, inesse: carnem etiam habere lapidam, & valem.

Si quae adhuc restant, ad ouium harum naturam explicandam attinentia, ea apud alios rerum *Indicarum Occidentalium*. Scriptores legi possunt: non lubet huic omnia transferre. Hoc vnum interim non leue alicui dubium ciere possit: An reuera inter oues haec animalia censenda veniant? Ego profecto, quid huius certi constituam, non habeo. Formae haec oues, si gibbositas, & strumosis in dorso essent, cum *Camelis* haud difficulter conuenirent. Bisulca imprimis sunt, paruo capite, elongato collo, ruminant, & non sunt cornigeras: quod *Aristoteles* nulli excornium, excepto *Camelo* & pisce *Scuro*, concessit: qui, Idem lib. 3. *Hist. anim.* cap. 2. ait, quod *rotor que mas & femina Camelus, rotam diem corru transigant*, quod supra de nostris his quoque *Indicis* ouibus asseruimus. Cruribus quoque *Camelorum* more, onera aut depositura, aut receptura, se humi componunt.

Atqui haec non profus euincunt argumenta, licet enim excornes sint haec oues, fors hoc non mutat speciem subito. Cum *Boues* etiam in *Scythia Hippocrates* lib. de aere, aquis & locis, absque cornibus nasci restatum reliquerit, quod praefrigore regionis cornua eis non enascantur. Et ceruicem *Arist.* & sensu testem, cornibus carent, & pleraeque in *Gallia*, quod *Scaliger* quoque aduertit, & in *Germania* sine cornibus faminae oues sunt: non ita in *Italia* tamen, vbi arietes mirae quoque praefrigore regionibus cornibus luxuriant. Vidi hic non bicornes modo,

He habent, qui dicitur, quod in...

Securitas viarum in Peru...

Bezouardich lapis...

Quae de his ouibus Ioan. Baptista Cortesius haec...

Videntur alij etiam scriptores...

Dubitant an ad Camelos potius pertineant...

Idem lib. 3. Hist. anim. cap. 2. ait, quod rotor que mas & femina Camelus, rotam diem corru transigant...

Idem lib. 3. Hist. anim. cap. 2. ait, quod rotor que mas & femina Camelus, rotam diem corru transigant...